



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

An possit assignari certum temporis spatium, quo exacto, acquiratur
paſionum dominium. Cap. XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

vimam fornicatorum exercuit stragem. unde illi ad iustitiam in sempiternum reputatum est. Quotquot ad perfectionis ascenderant fastigium. hoc rectitudinis zelo ardeant. Quocirca tantum abest ut contra dominium passionum sit irasci. ut potius sit vitium non irasci. dum iram iusta causa exigit. Quae de re pulchre agit Gellius ex sententia Plutarchi & Tauri Philosophi: Plutarchus inquit. Seruo suo nequam homini & contumaci sed libris disputationibusque Philosophiae aures imbutas habenti. tunicam detrahit. ob nescio quod delictum cedit. eum loco iussit. Ceperat verberari obloquebatur non meruisse ut vapularet. nihil mali. nihil celeris admisisse. Postremum vociferari inter vapulandum incipit. neque iam querimonias aut gemitus euulsi. facere. sed verba seria & obiurgatoria. Non ita esse Plutarchum. ut diceret. Philosophum irasci turpe esse. Sape eum de malo iracundia edisseruisse. librum quoque *περὶ ἀσχημοσύνης* pulcherrimum conscripsisse his omnibus quae in illo libro scripta sunt. nequaquam conuenire. quod protulit effususque in iram. plurimum se plagis multaret. Tum Plutarchus leniter & leniter. Quid autem inquit. verbero. nunc ego tibi irasci videor. Ex vulnere meo. an ex voce. an ex colore. an etiam ex verbis correptum esse me iram intelligis? Mihi quidem. neque oculi. opinor. irices sunt. neque os turbidum. neque immaniter clamo. neque in spumam ruboremque effervesco. neque pudenda dico aut penitenda. neque omnino trepido iram & gestio. Haec enim omnia. si ignoras. signa esse irarum solent. Et simul ad eum qui cedebat. conuersus. Interim inquit. dum ego atque hic disputamus. hoc tu age. Subdit Gellius. Tauri sententiam ex ea Plutarchi responsione hausit. Summa autem totius sententiae Tauri haec fuit. Non idem esse existimant. *ἀσχημοσύνη* & *ἀναισθησία*. aliudque esse non iracundum animum. *ἀναισθητόν* & *ἀναισθητόν*. Nam aliorum. omnium quos Latini Philosophi affectus vel affectiones. Graeci Πάθη appellant. ista huius quoque motus animi. qui cum esse vicioscendae causa seuor. ira dicitur. non priuationem esse vitalem censuit. quam Graeci *σθένος* dicunt. sed mediocritatem quam *μετρίω* illi appellant.

Adiungam hic de iusta positione non omitteuda. dum eam exigit delictum & alia circumstantia. personarum. loci. & temporis. & occasionum. Est iusta misericordia. inquit S. Ambrosius. *est etiam iusta misericordia*. Denique in lege scriptum est de quodam. Non misereberis illius. Et in libro Regnorum legis. quia Saul postea contraxit offensam. quia miseratus est Agag hostium Regem.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

An possit assignari certum temporis spatium. quo exacto acquiratur passionum dominium?

163. R. Espondeo. non posse. Cum enim valde specialia & varia Diuinae gratiae auxilia & praesidia

necessaria sint ad acquirendum passionum dominium. & nemo mortalium scire possit. quae. & quot. & in quo gradu sint vnicuique necessaria ad edomandas passiones. & an ei sint diuinitus certo suppeditanda. ideo temerarium esset. certum praescribere spatium temporis pro hac re acquirenda. Et quod Abbas Charemon Coll. 12. apud Cassianum. respondit Germano interroganti. quanto spatio temporis Castitas possit perfecta acquiri. idem de quavis virtute & de passionum dominio respondendum est: Temerarium esse super consummatione huius certam temporis definire mensuram. quae non facile. etiam in istis materialibus artibus. ac visibilibus disciplinis discerni potest. Secundum intentionem namque animi. atque ingenij qualitatem. necesse est eas ab vnoquoque vel celerius vel tardius apprehendi. Quocirca dum Charemon paulo post spatium 6. mensium praescribit. intra quae cognosci queat possibilitas castitatis adimplenda. male & non coherentem supradictae sententiae loquutus est. ut bene etiam obseruauit in Virâ P. Balthazaris Aluarez P. Ludouicus de Ponté. Dei id munus est. Deus vni citius. alteri tardius id largitur. iuxta beneplacitum suum. quandoque velocius indignioribus quam dignioribus. quandoque tardius iis. qui naturam habent magis facilem ac pacatam. quam alii efferacior ac durior naturalis complexionis horridis. *Ut non gloriatur in conspectu eius omnia caro.* Ordinarius tamen est iste Dei cursus. ut citius illis sua communicet dona ratiore. qui bono vsu auxiliorum Diuinae gratiae. se disponunt per exercitia virtutum. & cooperationem suam. ad dona Diuina praestantiora. iuxta illud axioma Theologorum bene explicatum: *Facienti quod in se est. Deus non denegat gratiam.* scilicet ampliozem. si fecerit alia praemia. beneficio tamen non solum naturae. sed Diuinae gratiae. nos a rebus minus perfectis ad perfectiores ob Christi merita. excitatis & conducentis. Nam. ut definitum est in Conc. Atruficano secundo: *Si quis per natura vigorem. bonum aliquod. quod ad salutem pertinet. vita aeternae. cogitare aut eligere posse confirmat & c. heretico fallitur spiritu.* Et. ut scribit S. Aug. *Quod attinet ad pietatem & religionem. non sumus sufficientes cogitare aliquid quasi ex nobis. & nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcumque opus bonum.*

Ideo merito S. Thomas cum melioribus Theologis docet. *preparationem hominis. si consideretur secundum quod est a libero arbitrio. nullam habere necessitatem ad gratiae consequutionem. sed secundum quod est a Deo mouente.* Et ita bene dixit de grat & Abbas Serapion apud Cassianum: *Impossibile est. de qualibet passione triumphum quempiam promereri. priusquam intellexerit industria vel labore proprii certaminis semet obrinere non posse.* Inter industrias verò est. *tempus.*

Merito ergo in virâ P. Balth. Aluar. scriptum est. a P. Ludouico de Ponté: *Non oportet Deo praescribere tempus visitationum & misericordiarum suarum.*



rum. Quare suspecta res esse debet, si quis generalem aliquam regulam constituat: quod scilicet, qui talem, aut talem adhibuerit diligentiam, per tot annos, aut menses, talem à Deo feruorem, aut virtutis gradum, sit consequenturus.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

Quibus signis cognosci possit virum Spiritualem nondum acquisuisse perfectum suarum passionum dominium?

267. **R**espondeo duo huius rei esse signa certissima. Primum frequens in peccata venialia cum plenâ deliberatione lapsus, autim dicere, etiam in peccata frequentia, quæ ex surreptione seu infirmitate admittuntur. Ratio huius rei est: quia in peccata potissimum labimur, ex impetu nostrarum passionum non mortificatarum. Vnde S. Augustinus ait: Sine peccato semper essemus, si sanaretur hoc malum concupiscentia repugnantis legi mentis nostræ. Ex indomitibus ergo passionibus pullulant peccata frequentia suntque signum indomitarum passionum.

l. 2. cont.
Iul. c. 10.

268. **S**ecundo signum est, frequentes motus passionum præsertim nos perturbantium, & quietem mentis impediuntium. Vnde signa illa quæ dat Ioannes Abbas apud Cassianum, nondum curatorum vitiorum, eadem profus sunt non edomitarum. Latuit, inquit, intra nos, imò etiam serpit radix omnium, quæ extirpata non fuerat, peccatorum, quam adhuc in nobis viuere, his deprehendemus indicibus. Verbi gratia: Cum in solitudine constituti, aduentum Fratrum, vel breuissimam eorum moram, cum quadam æstuantis animi anxietate suscipimus, inesse adhuc in nobis viuatissimum impatientie fomitem nouerimus. Cum verò cuiusquam Fratris speramus aduentum, si eo pro necessitate aliqua paululum forsitan demorante, vel tacita indignatione, nimiam eius culpaerit tarditatem, & mentem nostram immodica expectationis sollicitudo turbauerit, ira atque tristitia manifestè in nobis vitia residere, conscientia nostra probauit examen. Item, si Fratre vel codice ad legendum, vel quamlibet aliam ad vtendum, speciem postulante, aut nos illius petitio contristauerit, aut illum negatio nostra repulerit, dubium non est, nos adhuc auaritia aut Philargyria laqueis compedi. Quod si recordationem semina nobis vel cogitatio subita, vel sacra feris lectionis attulerit, & in eâ quadam nos senserimus irritatione pulsatos, sciamus necdum extinctum in membris nostris fornicationis ardorem. Si verò de comparatione strictionis nostræ, & remissionis alienæ, vel tenuissima mentem nostram tentat elatio, certum est, dirâ nos superbia peste corruptos. Cum hac ergo in corde nostro deprehenderimus vitiorum indicia, manifestè cognoscimus, nobis non affectum sed effectum deesse peccati. Quæ vitique passionis, si nos quandoque conuersationi miscuerimus humane, protinus de cauernis nostrorum sensuum procedentes prodant se, non tunc primum cum eruperint nasci, sed tunc demum quàm diu latuerint, publicari. Et ita vnus cuiusque vitij radices desinas, sibi

Coll. 19.
cap. 10.

certis indicibus etiam solitariis deprehendit, quisquis puritatem suam, non hominibus ostentare, sed illius conspectui inuolaram studuerit exhibere, quem latere omnia cordis arcana non possunt.

Claudam hoc punctum historiâ quâdam ex vitis Patrum excerptâ, ex quâ etiam cognosci potest status hominum non habentium dominium perfectum passionum. Dicebant de quodam sene, quia fuerit quinquaginta annos, neque panem comedens, neque facile aquam bibens, & dicebat: Quia extinxi fornicationem & auaritiam & vanam gloriam. Et quia Abbas Abraham audierat, quod hæc dixisset venit ad eum & dixit ei: Tu dixisti hunc sermonem? Et ille respondit: Etiam. Et dixit ei Abbas Abraham: Ecce intras in cellam tuam, & inuenis supra matram tuam mulierem, potes non cogitare, quia mulier est? Et dixit: Non, sed impugno cogitationem meam, vt non tangam mulierem illam. Dixit Abbas Abraham: Ecce igitur non fornicationem interfecisti, quia viuit passio ipsa, sed alligata est. Iterum si ambulas in viâ, & vides lapides, & testas vaforum, & in ipsis iacens aurum, quod videris, potes velut lapides reputare? Et respondit, non, sed resisto cogitationi meæ, ne colligam illa. Et dicit ei Abbas Abraham: Ecce ergo viuit passio, sed alligata est. Et dixit iterum Abbas Abraham: Si audieris de duobus Fratribus, quia vnus diligit te, & bona de te loquitur, alius autem odit, & detrahit tibi, & venerit ad te, utrosque equaliter suscipis? Et dixit: Non, sed extorqueo animo vt similiter benefaciam ei, qui me odit, sicut illi, qui diligit me. Et dixit ei Abbas Abraham: Vuunt ergo passionis, sed tantum à sanctis viris quodammodo religantur, id est, domantur. E contra verò tunc agnoscuntur domita, si non sentiantur earum motus valde inquietantes & perturbantes molestè animum, in occasionibus occurrentibus. Leuibus enim caeteris motibus, supra ostendimus cap. 7. esse præter statum vitæ præsentis damnantem Stoicam & præter. Quod quidem de inordinatâ passione amoris docet Abbas Ioannes: Cum perfectissimâ quæ virtute fundatus, ad illecebram blandieitium cogitationum, nullam mentis assensum, nullam carnis commotionem in se deprehenderit excitari, certissima puritatis sue capiet documenta, ita vt ad hanc se firmitatem puritatis exercens, castitatis atque incorruptionis bonum non solum mente possideat, sed etiam si corporalem famine attactum, causâ cuiuscunque, vt solet, necessitatis attulerit, penitus sensum passionis ignoret.

Hoc sensu intelligentum est Seneca cum scripsit: Nullum est argumentum magnitudinis certius (id est magna & eximia virtutis), qualis est in habentibus passionum dominium, quàm nihil posse, quo instigeris, accidere. Et alibi idem ait: Magni animi est proprium, placidum esse tranquillumque, & iniurias atque offensiones semper despiciere. Et talibus signis dignosci potest, an aliquis habeat suarum passionum dominium, necne. Sed adhuc sunt signa alia indomitarum passionum: nimirum, interrompere sermones aliorum loquentium & aliquid narrantium, antequam plene narra-

269.

L. 5. libel.
10. 10.Call. Col.
19. cap. 1.L. 3. de ira
cap. 6.libr. 1. de
Clement.
cap. 15.L. 1. in
Cortath
la moral.